



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Vita Sergii Papae IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

CIRCA ANNUM CHRISTI 1009. tunc temporis optimates se obseruatu-
ros fideliter spondebant; idcircoque ego, N. gratia Domini dispo-
nente, Eboracensium archiepiscopus, eadem ad sequentium me-
moriã, nec non & ad præsentium vel futurorum salu-
tem, literis infixi, Domini videlicet proximique dilectio-
ne compunctus.

Archiepi-
scopus
Eboracen-
sis scriba,
seu cancel-
larius.

VITA
SERGII PAPÆ IV.

ANNO
CHRISTI
1009.

SERGIVS, eius nominis quartus, post interregnum vnus
mensis & tredecim dierum, pridie Kalendas Septem-
bres, anno salutis 1009. tempore Henrici regis, ex epi-
scopo Albanensi creatus est Romanus pontifex, optimus
pluribusque virtutibus exornatus. Hic ante Petrus nun-
cupatus ob reuerentiam apostolici culminis nomen pri-
stinum immutauit, & Sergius nominari voluit, vt patet ex
sepulchrali inscriptione, de qua infra. Errat ergo Ditmarus,
qui suo iudicio & assertione ideo id factum scribit, quod
nomine non satis honesto Buccaporci nominaretur. Tur-
pius falluntur qui huius solius pontificis exemplo poste-
ros sua nomina immutare arbitrantur, cum ex præceden-
tibus liquido constet, quod Ioannes XII. ante pontifica-
tum Octavianus, Gregorius V. Bruno, Siluester II. Ger-
bertus, nuncupati fuerint. Hoc iudice Libentio Hambur-
genſi archiepiscopo controuersia, quæ inter ipsum & Ber-
narium Verdensẽ de parochiæ Ramsolæ subiectione a-
gitabatur, & ob quam ille Odonem Romam ablegauerat,
adiudicata fuit. *Adam.*

Sergius
quando pa-
pa factus.

Cur nomen
mutauerit.

Nouatores
redarguun-
tur.

Hoc tempore magno cum prodigio Romæ in quadam
ecclesia oleum scaturiit, ex quo vas aliquod impletum
missum est ad Henricum regem. Rem gestam describit
huius temporis scriptor Ditmarus lib. 7.

Res gestæ
sub Sergio.

Anglicanam ecclesiam Dani persequuntur. Ex clericis
& monachis nouem occisis, strangulatis, aut per verenda
suspensis, decimum quemque vitæ referuarunt. Sanctum
Elphegum Cantuariensem episcopum post multas carce-
ris & vinculorum iniurias glorioso martyrio affecerunt.

Persecutio
ecclesiæ
Anglicanæ.

Sergius papa, cum sedisset annos duos, menses octo &

Obitus Ser-
gii.

dies tredecim: obiit 13. Maii, anno salutis 1012. sepultus est in basilica Lateranensi, cum hac sepulcrali inscriptione:

*Quisquis ad hæc tendis sublimia limina lector,
Et caperis tantæ nobilitate domus,
Intentis oculis aulæ percurrere raras
Desine materias, arte iuuante manus.
Lumina cum gressu prudente * secula coercens,
Respice sollicitus quid velit hic titulus.
Hic tumultata iacent pastoris membra sereni,
Quem decus ecclesiæ contulit Omnipotens.
Pauperibus panis, nudorum vestis opima,
Doctor & egregius qui fuit in populo.
Iura sacerdoti lætas dum vidit aristas,
Cætibus æquauit nauiger angelicis.
Albanum regimen lustro venerabilis uno
Rexit, post summum ducitur ad solium;
In quo mutato permansit nomine præsul,
Sergius ex Petro; sic vocitatus erat.
Ductus mente pia, Jesu, dic, parce Redemptor:
Utque vicem capias, dic: Deus hunc habeas.*

Qui sedit annos 11. & menses 8. & dies 13. indiçtione x. anno dominicæ incarnationis millesimo decimo tertio.



SERMO SYNODALIS,

EX CODICE MANUSCRIPTO MONASTERII Neresheimensis, scripto anno Christi 1009. quod ex verbis istis colligitur: Ab initio mundi vsque in aduentum Domini secundum Hebraicam veritatem anni sunt 3956. secundum vero interpretes anni 5699. colliguntur autem anni omnes a creatione primi hominis vsque in septimum annum Henrici imperatoris secundum Hebraicam veritatem 4965. secundum vero interpretes 6708.

Sermo synodalis qui in singulis Synodis parochianis presbyteris enuntiandus est.

FRATRES presbyteri & sacerdotes domini, cooperatores nostri ordinis estis. Nos quidem, quamuis indigni, locum